UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 22. De Cyro Persarum Rege.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

Caput 22. De Cyro Perſarum Rege.

Cyrus regnauit Perſis ſubuerſo Aſtyage rege Medorum. Perſarum Cyrus regnauit annis xxx. Cyrus Hebræorum captiuitate laxata, quinquaginta ferme millia hominum regredi fecit in Iudæam. Qui conſtructo altari, templi fundamenta, iecerunt. Sed cum à vicinis gentibus fabricatio impediretur imperfectum opus vſq; ad Darium permanſit. Cyrus Babyloniam capit.

Caput 23. De Prophetis & Tarquinio.

IN Hebręis prophetabāt Aggæus & Zacharias. quo tēpore Hieſus filius Ioſedech, & Zorobabel, regio genere, principes fuerūt eorū, qui regreſſi ſunt in Iudæam. Colliguntur, omne tempus captiuitatis Iudæorū an. LXX. ſecundū quoſdā à tertio anno Ioachim vſq; xx. an. Cyri computantur. Romanorum Tarquinius tunc regnabat annis xxxv. excogitauit vincla, taurea, fuſtes, latomias, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla.

Cap. 24. De Medis.

REgnauerunt Medi ſuper Aſſyrios annis CCCLIV. Croeſus à Cyro captus eſt, & Lydorum regnum deſtructum eſt, quod ſtetit ann. CCXXX.

Caput 25. De Holoferne

CAmbyſes qui & Nabuchodonoſor Rex vocatus eſt, ſub quo hiſtoria Iudith, quæ Holofernem interfecit, ſcribitur. Apud Hebræos Aggæus & Zacharias prophetabat. Secundo anno Darij Regis templum in Hieroſolymis conſtruitur à Zorobabel, conſummatur annis quatuor remiſſionis captiuitatis Iudęorum. Et ædificatio templi initium ſub Cyro habuit, conſummatur ſub Dario. Regnauit Perſis, Aſſyrijs & Ægypto.

Caput 26. Initium Coſſ. Rom.

ARmodius Acidius & Ariſtogidus Inpargum regem interfecerunt. Et Lena meretrix amica eorū cum tormentis cogeretur, vt reos proderet, lin-